tudines et sic prophete videtur ut speculum et hoc modo dicunt dicitur speculum eternitatis
visum ab angelis ante suam beatitudinem et a prophetis Sed hec opinio non videtur rationabilis
propter duo primo quia ipse species rerum in mente divina resultantes non sunt aliud
secundum rem ab ipsa essentia divina sed huius species vel rationes distinguuntur in ipsa secundum
diversos eius respectus ad creaturas Cognoscere igitur divinam essentiam 7 species in ipsa re
sultantes nichil est aliud quam cognoscere ipsam in se et relatam ad aliud. prius est autem
cognoscere aliquid in se quam prout est ad aliud comparatum Unde visio qua videtur deus
ut est rerum species fiunt presupponit iam illam qua videtur ut est in se essentia quedam
sed quod est obiectum beatorum Unde impossibile est quod aliquis videat deum sed quod est species rerum et
non videat eum sed quod est beatorum obiectum Sed quia species alicuius rei invenitur in alio dupliciter
unomodo sic representans ad rem cuius est species Alio modo sic a re ipsa resultans Illud in
in quo apparent species rerum ut representes ad rem. non potest proprie speculum dici sed
magis exemplar Illud autem speculum potest dici in quo rerum similitudines a rebus
ipsis resultant. Quia igitur in deo sunt species vel rationes rerum invenitur
a sanctis dictum quod deus sit rerum speculum sed magis quod ipse res creature sunt specula
dei prout dicitur 1 ad Cor 13 Videmus nunc per speculum et in enigmate etc et filius
dicitur esse speculum patris prout a patre in ipso species divinitatis recipitur sed quod habetur Sap
vii Speculum sine macula etc quod ergo a magistris dicitur prophetas in speculo eterni
tatis videre non sic intelligendum est quasi ipsum deum eternum videat prout est
speculum rerum sed quia aliquid creatum intuetur in quo ipsa eternitas dei repr(esen)
tatur ut sic speculum eternitatis intelligatur non quod est eternum sed quod eternitatem repr(esen)
tat ex hoc enim deo competit futura cognoscere ut presentia cognoscere quia eius intuitus
eternitate mensuratur que est tota simul Unde eius aspectui subiacent omnia tempora et
que in eis geruntur Inquantum igitur ab isto divino aspectu resultat in men
te prophete futurorum scientia per lumen propheticum 7 per species in quibus propheta videt ipse
species simul cum lumine prophetico speculum eternitatis dicuntur quia divinum intuitum repr(esen)
tant prout in eternitate futurorum eventus presentialiter inspicit Concedimus ergo quod prophete in
speculo eternitatis videt non ita quod speculum eternum videat ut obiectis
ex prima parte inducte videbantur unde Unde ad eas per ordinem respondendum est. Ad
primum igitur dicendum est quod prophete in libro prescientie divino legere hac similitudine quia ex ipso libro divine
prescientie efficitur rerum futurarum notitia in mente prophete sic ex lectione libri ef
ficitur notitia rerum que scribuntur in libro in mente legentis Non autem quantum ad
hanc similitudinem quod propheta ipsam dei prescientiam videat sic legens in libro materiali vi
det librum materialem Vel potest dici sic notitia que fit in mente prophete dicitur spe
culum eternitatis .i. eternitate repr(esen)tans ita potest dici liber prescientie quia materialiter quia in
ea notitia dei prescientia quantum ad aliquid describitur Ad 2m dicendum quod quamvis omnis
cognitio a divina prescientia derivetur non tamen omnis cognitio repr(esen)tat eam ut ratione
eternitatis et futura presentialiter intueatur Unde non potest dici quelibet scientia speculum eter
nitatis sed in hoc privilegiata ostenditur prophetarum cognitio Ad 3m dicendum quod rationes

futurorum contingentium secundum immobilem veritatem originaliter sunt in mente divina sed exinde
effluunt in mentem prophetae et exinde revelatione accepta prophetia immo-
bilis esse non potest. Ad quartum dicendum quod forma recepta sequitur modum recipientis quantum
ad aliquid prout habet esse in subiecto. Est enim in eo materialiter ut materia multiplicatur vel
conformatur secundum exigentiam subiecti recipientis. Sed quantum ad aliquid forma recepta trahit
subiectum recipiens ad modum suum prout scilicet nobilitates quae sunt de ratione formae
communicantur subiecto recipienti. Fit enim subiectum per formam quam recipit in nobilitate et hoc
modo per gloriam immortalitatis corpus corruptibile immortale efficitur. Et similiter per irra-
diationem ab immobili veritate elevatur mens prophetae ad hoc quod mobilia immobiliter
videat. Ad quintum dicendum quod quamvis futurorum notitia deo sit propria ideo non potest accipi nisi
a deo non tamen oportet quod ipsum deum videat quicumque futura a deo cognoscat. Ad
sextum dicendum quod mens prophetae secundum illud per speculum intelligentiarum sive superiorum co-
gnoscit non quod ipsas intelligentias videat sed quia ex ipsarum irradiatione e-
arum perfectionis particeps fit. Ad septimum dicendum quod etsi fides finis humanae vitae est ut homo
alicui speculo coniungatur sed ad hunc finem pertingitur solum in patria non autem in
via. Ad octavum dicendum quod speculum in quo videt propheta quamvis sit temporale tamen est dei
aeternam praescientiam repraesentans et ideo hic in speculo aeternitatis videt. Ad ix dicendum quod quam-
vis sol non possit dici speculum rerum visibilium tamen res visibiles quodammodo possunt
dici speculum solis in quantum in eis claritas solis refulget etc. et notitia in mente
effecta dicitur aeternitatis speculum. Ad x dicendum quod perfectior est visio qua videtur deus
ut est species rerum quam illa qua videtur ut est beatitudinis obiectum quia haec eam praesupponit et ea
perfectiorem esse ostendit; perfectius enim videt causam qui in ea eius effectus inspicere
potest quam qui solam essentiam causae videt. Ad xi dicendum quod relatio qua deus refertur
ad unam creaturam non praesupponit relationem qua refertur ad aliam sed relatio
qua refertur ad creaturam praesupponit ipsam dei essentiam absolute etc. nec
sequitur. Ad xii dicendum quod verbum augustini non est referendum ad visionem propheticam
sed ad visionem sanctorum in patria vel eorum etiam qui in statu viae vident secundum mo-
dum patriae ut paulus in raptu. Ad xiii dicendum quod de immobili veritate futurorum pro-
phetae iudicant per veritatem increatam non quia eam videant sed quia ab ea illu-
strantur. Rationes autem quae sunt in contrarium concedimus quantum ad hoc quod non vi-
deat ipsum deum aeternum quamvis in speculo aeternitatis videat ut dictum est. Duae
tamen ultimae rationes non recte concludunt quia quamvis deus sit omnino incorporeus tamen in eo
rerum cognitio distincte potest accipi prout ipse est eorum [illegible]. Similiter quamvis speculum
a materialibus ad spiritualia transferamus non tamen haec translatio attenditur secundum omnes conditio-
nes speculi materialis ut quod corpora in speculo spirituali oporteat observare sed secundum repraesentationem.

Septimo quaeritur utrum in revelatione prophetica imprimantur divinitus [in mente prophetae] novae species rerum vel solum intellectuale lumen. Et videtur quod solum lumen sine
speciebus quia ut habetur in glossa 1 ad Cor. xiv a sola visione intellectuali dicitur
propheta. Sed visio intellectualis non est de rebus per rerum similitudines sed per ipsas res essen-
tias ut ibidem dicitur. Ergo in visione prophetica nullae species in mente prophetae fiunt. Praeterea in-
tellectus abstrahit a materia et materialibus conditionibus. Si ergo in visione intellectuali
quae facit propheticam fiant aliquae similitudines illae similitudines non erunt admixtae materiae
vel conditionibus ergo per eas propheta non poterit cognoscere particularia sed universalia solum. Praeterea
rerum de quibus fit prophetica revelatio habent prophetae aliquas species in mente sua sicut
Ieremias qui prophetabat combustionem Ierusalem in anima sua habebat speciem civitatis illius a
sensu acceptam et similiter ignis comburentis quae frequenter viderat. Si ergo aliae species earundem
rerum menti prophetae divinitus imprimantur sequitur quod sint duae formae eiusdem rationis
in eodem subiecto quod est inconveniens. Praeterea visio qua videtur divina essentia est potior quam ea
qua videntur quaecumque rerum species. Sed visio qua videtur essentia divina non sufficit
ad accipiendam cognitionem de rebus quibuscumque in aliis videntes essentiam omnia vident.
Ergo nec species quaecumque menti prophetae imprimantur poterunt prophetam ducere in rerum
cognitionem. Praeterea id quod quis potest propria virtute efficere non oportet quod in prophetia divina operatione
fiat. Sed quilibet potest rerum quarumlibet in mente sua species formare per virtutem imaginativam

que cpot et diuid^t ymagines a rebus acceptas go no oz q alique rez spes
in aia pphe imprimat^r P^o na operat^r bimodi via qua pt i miltomagis
deg q ordinatis operat^r Sz bimodi via e ut a specbz que i aia pphe
sut ducat^r in rez aliqualez cogtoz q ex aliis specbz denouo impss
go no vide^r q alique spes denouo imprimat^r P ut dt glo. sed amos
p^o pphete vtuntur similitudibz rez i qbus querati sunt Hoc aut no
eet si corp visioes fierent p spes denouo impssas. go no imprimut^r
alique spes denouo i aiaz pphe s solu lume pphiaz Sz q^u visus
no detmiat^r ad aliqd visibile detmiatu cogscend^o p lume s p spez
visiblis z silr intcts possit no detmiat^r ad itelligibilia cogscenda p
lume intcts agetis sz p spes itelligibiles Cu go cogtio pphe detmiet
ad queda que pus no cogscebat. vi^r q no sufficiat lumis infusio n
et spes imprimat^r P^u dyo. dt i p^o c. ce. ierarc q impossile e nob
sup lucere diuinu radiu n vaietate sacroz velaminu circuelatum
velamina aut appellat figuras. go pphe no infudit^r lume itellile
n figatis specbz P^o in omnibz pphis infusio lumis e vniforis Sz
no oms pphe vniforez cognitoz accipiut. cu queda de pnti. qu
da p de ptito quedu de futo pphetet ut glo gg^o dt sup pmu eze
chiel. go no solu lume pphie infudit^r s alique spes imprimut^r qbz
pphiaz cogtioes distiguu^r P revelaco pphica fit p locutoz intio
rez ad pphaz p deu ul p angelu factaz sic pz oim pphaz septa i
tuenti Sz locutio ois fit p aliqua signa go revelaco pphica fit p aliquas
siliores P visio ymagiaria z intelctual sut excellectores corpali Sz qn
visio corpal fit supnalr tuc noua spes corpal videtur ocul exhibet^r
sic pz de manu scribetes in paiete omso. balthasar Daniel qnto go
miltomagis oz q i visioe ymagiaria z itellectuali supnar factis
noue spes imprimat^r Reo dd^o q pphia e queda supnal cognicio Ad
cogtioz aut duo requirut^r sz acceptio cogtorz et iudicau de acceptis
ut s dcm e Quqz i^r cogtio e supnal p acceptioz tm quqz s iudicau
tm quqz s vtruqz Si aut fit s acceptioz tm supnal no dice^r ex h^t
ds ppha sic pharao no e dds ppha qui supnar accepit future fer
tilitats et sterilitats iudiciu sub boum et spicarz figuris Si vo heat se
nale iudiciu ul simul iudiciu z acceptioz ex h^c dr ee ppha Acceptio
aut supnal no pt ee n s tria gna visioz sz s visionem corpalez qn
aliq corpalibz ocul dimitus demrant^r ut mang scribetis balthasar
z s ymagiariad visioz qn dimitus aliq rez fige^r pphis ondut^r ut ol
la succesa ieremie z equi et motes zacharie Sz intctuale qn aliqua
intctui ondut^r sup nalez facultate Cu aut intcts humang sit in
po nali ad omnes formas itelligibiles ssilu rez n^o ee eit supnalis acceptio
quecuqz spes itelligibiles in intctu fiat sic erat supnalis acceptio in
visioe corpali qn inspiraut^r res que no sut s naz forte s soluo di
mits ad aliqd ondd^o. et sic erat supnal acceptio in visioe ymagiaria
qn videt^r aliqe silitudines no a ssibz accepte s p aliquiz virtu aie forta
te Sz tuc solu intcts supnar accipit qn videt ipas subas itelligi
bles p ecnaz sua ut pote deu z anlos ad qd ptinge no pt s vtu
te nature sue Int aut has tres supnales acceptioes h vltia excedit
modu pphie Vn dr nu xi. Si quis fuit int vos ppha dni i sonmo
aut visioe loquar ad eu at no talis s^ug meg moyses q pala et
no p figuras et enigmata videt deu. vide go deu i ecna sua sicut
vi^r in raptu ul sic vi^r a btis a^d vide alias subas itelligibiles p ecnaz sua
modu pphice visiois excedit. Sz p^a supnal acceptio que e s corpale visioz

est in prophetica acceptione quia per hanc acceptionem non prefertur propheta aliis quibus cumque alie species divinitus formate ad videndum omne quod videri possit. Supernaturalis ergo acceptio que est propria prophete est acceptio ymaginarie visionis. Sic ergo omnis propheta vel habet tantum iudicium supernaturale de his que ab alio videntur sicut Jozeph de visis a Pharaone, vel habet acceptionem simul cum iudicio secundum ymaginariam visionem. Iudicium ergo supernaturale prophete datur secundum lumen ei infusum ex quo intellectus roboratur ad iudicandum. Et quantum ad hoc nulle species preexiguntur. Sed quantum ad acceptionem requiritur nova formatio specierum sive ut fiant in mente species preexistentes que prius non fuerunt ut potest si a ceco nato imprimerentur species colorum, sive ut species preexistentes ordinentur et componantur divinitus tali modo qui competat significationi rerum que divinitus prophete ostendi. Et per hunc modum concedendum est quod prophetie revelatio non solum fit secundum lumen sed et quandoque secundum species, quandoque vero secundum lumen tantum. Ad primum ergo dicendum quod quamvis propheta non dicatur nisi qui habet intellectum ad ymaginariam visionem non tamen sola visio intellectualis ad prophetiam pertinet sed et ymaginaria in qua species formari possunt convenientes et ad similitudinem representatorum. Unde patet solutio ad secundum. Ad tertium dicendum quod iam rerum species quas propheta vidit non oportet ut ei denuo esse infundantur sed ut ex speciebus reservatis in thesauro virtutis ymaginative fiat quedam aggregatio ordinata conveniens designationi rei prophetande. Ad quartum dicendum quod omnia certa quantum in se est expressius representant res quam illa quibus species vel figure. Sed ex hoc quod aspectus intuentis vincitur ab eminentia illius esse contingit quod certam videns non omnia videt que representat. Species vero in ymaginatione impresse sunt nobis proportionate unde ex eis in rerum cognitionem possumus pervenire. Ad quintum dicendum quod sicut in eo qui ex signis scientiam accipit signorum cognitio est via ducens ad res significatas, ita e converso qui significat aliquid cognitionem rei significande presupponit ad formationem signorum. Non enim potest aliquis rei quam ignorat congrua signa adhibere. Quamvis igitur homo quilibet possit quaslibet ymagines formare naturali virtute, quod tamen formentur convenientes rei future significande non potest fieri nisi ab eo qui rerum illarum cognitionem habet. Et ideo hec formatio ymaginarie visionis in prophetia supernaturalis existat. Ad sextum dicendum quod species rerum que preexistunt in vi ymaginativa prout ibi existunt non sufficiunt ad significationem rerum futurarum. Et ideo oportet quod divinitus aliquo modo transformentur. Ad septimum dicendum quod species preexistentes in ymaginatione prophete sunt quasi elementa illius visionis ymaginarie que divinitus ostenditur cum ex eis quodammodo componatur, ut ex inde contingit quod propheta utitur similitudinibus rerum in quibus conversatur. Sed quia non semper per aliquas species fit revelatio prophetica ut dictum est, ideo ad rationes in contrarium adductas respondere oportet. Ad primum ergo dicendum quod et si in prophetia non determinetur cognitio ad aliquid per intellectuale lumen quod ei datur solum supernaturale iudicium, determinatur tamen per species ab alio visas, sicut cognitio Joseph per species visas non supernaturaliter. Ad secundum dicendum quod divini luminis radius supra lucet prophete semper quodam velamine figurarum, non ita quod semper species infundantur sed quia radius perfectus speciebus preexistentibus admiscetur. Ad tertium dicendum quod prophetarum revelatio distinguitur et ex parte luminis intellectualis quo quidam plenius aliis percipiunt, et ex parte specierum que vel preexistunt vel denovo accipiuntur ab ipso propheta vel ab alio. Ad quartum dicendum quod sicut dicit Gregorius in xxvii Moralium, deus ad angelos loquitur eo ipso quod cordibus eorum occulta sua iudicia ostendit, et similiter subiungit quod animalibus sanctis loquitur in eo quod mentibus eorum contitucione infundit. Si ergo locutio qua deus prophetis locutus esse dicitur in scripturis non solum attenditur quantum ad species rerum impressas sed et quantum ad lumen inditum quo mens prophete de aliquo certificatur. Ad quintum dicendum quod ex hoc ipso quod visio intellectualis et ymaginaria dignior est corporali secundum eas cognoscimus non solum presentia sed et absentia, cum visione corporali solum presentia cernantur. Et ideo in ymaginatione et intellectu reservantur rerum species, non autem in sensu. Ad hoc ergo quod visio corporalis sit supernaturalis semper oportet quod formentur nove species corporales. Non autem requiritur ad hoc quod visio ymaginaria vel intellectualis sit supernaturalis.

Octavo queritur utrum omnis revelatio prophetica fiat angelo mediante. Et videtur quod non quia ut dicit Augustinus xii de Trinitate: Quorundam mens ita elevatur

ut nō p angelū ꝭ in ipā sūma vero incōmutabiles videat rōnes. hoc aūt
maxīe vider̄ ꝯpetē ꝓphis go vel reuelaō eorꝫ nō fit anlo mediāte. ꝓ
dona spūssctī īmete sūt a deo et hīitꝭ infusi Sꝫ ꝓphīa ē donū spūssancti
utꝫ 1 ad Corꝭ 12 Est et quoddā lumē infusū go ē a deo sine angelo me
diāte ꝓ ꝓphīa que ex v̄tute creata procedit ēst ꝓphīa nālis ut ē dictū ē
Sꝫ anlꝭ ē creatuā quedā go ꝓphīa nō ꝑest nālis ꝭ spūssctī donū nō pficī
anlo mete Sꝫ ꝓphīa pficit̄ ꝑ infusioꝫ lumīs et impssione spēꝝ Sꝫ
neutꝝ hoꝝ vr̄ posse fiꝭ p anlum qꝛ ul' eēt ēator luminis uel spēi qꝛ
h nō pnt fieri n̄ ex nichilo go visio ꝓphīca nō fit angelo mete ꝓ
Jn diffīōe ꝓphīe dr̄ qꝫ ꝓphīā ē dīna reuelatō uel īspiratō Si aūt
fiet anlo mete dicet̄ eē angelica nō dīna. go nō fit mentibꝫ an
gel' ꝓ Sap vij dr̄ qꝫ dīna sapīā ꝑ natōes ī aīas scās se trāffert ꝛ
amicos dei fāt ꝛ ꝓphās ꝯstituit go ab ipō deo imete aīꝫ ꝓphā ꝯ
stituit̄ nō p angelū Sꝫ ꝗ̄ est qꝫ moyses aliīs ꝓphis excellētor fu
isse vr̄ utꝫ nūi xi et de vt° vlt Sꝫ moysi facta ē dīnitꝫ reuelaō
metibꝫ angel' vnn dr̄ gal 3 qꝫ lex ordiāta ē ꝑ anlos in manu mediꝭ
ꝛ act vii de moyse hīc ē q fuit in ecīā ī solitudīe cū angelo q loq
bat̄ ei in mōte synay et cū pātribꝫ go mltoforꝭq omēs aliī ꝓphe
mete anlo reuelatoꝫ acceperūt ꝓ dyoꝭ dr̄ ℓ c te rerare qꝫ dīnas
visiōes glosi prēs nrī adepti sūt ꝑ medias celestes v̄tutes ꝓ Augꝭ
dr̄ in li. de trīn. qꝫ omēs apparitiōnes pātribꝫ facte ī veteri testa° fuerīt
ꝑ angelos adīnistrate Rñō dd' qꝫ ī ꝗ reuelacōe angelica ꝓphīca dūo
ꝯcurrūt scꝫ intēlis illustratō ꝛ forātio spēꝝ ī ymagiāria v̄tute
ꝛ pm̄ go ꝓphīcaꝫ lumē quo mēs ꝓphē illustrat̄ a deo originat pce
dit Sꝫ tn̄ ad eius ꝯgruaꝫ susceptōꝫ mēs hūā angelico lūie ꝯfortat̄
ꝛ quodāo impera̅ Cū eīn lumē dīnū sit simplicissimū ꝛ vlissimī
v̄tute nō ē ꝓporcōnatū ad hoc qꝫ ab aīa hūā ī statu vie pcipiat̄
n̄ q̄dāo ꝯtrahat̄ et specificet̄ ꝑ ꝯiūctōꝫ ad lumē angelicū qd̄ ē ma
gis ꝯtractū et hūae mēti magis ꝓporcōnatū. ꝭ ipā forātio spēꝝ in
ymagīatiua v̄tute ꝓpe angel' ē attribuēda eo qꝫ tō corpal' creata ad
inistrat̄ ꝑ ēatāꝫ spūalēꝫ ut Augꝭ ꝓbat ī 3 de trīn. Visus aūt ymagi
naria v̄tut̄ organo corpali vnū spēꝝ forātio ī ipā ad inisteriū ꝓpe
ptꝫ angeloꝝ Ad pm̄ go dd' qꝫ ꝓphīa sic sup̄ dcīn ē v̄bū id Augꝭ
refēnd' ē ad visioꝫ prie ul' ad visioꝫ raptꝫ ul' ad visioꝫ ꝓphīcaꝫ Ad
2m dd' qꝫ ꝓphīa int' dona spūssctī ꝯputat̄ rōne luminis ꝓphīci qd̄
qūid a deo infūdit̄ imēte. qūis ad eiꝫ ꝯgruā receptōꝫ compet̄
inistīuꝫ angeloꝝ Ad 3m dd' qꝫ id qd̄ fit a creatuā ꝓpa v̄tute
ē quodāo nāle. ꝭ qꝫ fit a creatā nō ꝓpā v̄tute ꝭ inq̄ntū ē mota
a deo velut q̄ddāꝫ dīne opōnis instrutū ē supnāle vnū ꝓphīa qe
hꝫ ortū ab anlo ꝭ nālēꝫ anli cognitōꝫ ē ꝓphīa nālis Sꝫ ia qe hꝫ
ortū ab anlo ꝭ qꝫ angelꝭ reuelacōꝫ a deo accepit ē supnāl' Ad
q̄rtū dd' qꝫ anlꝭ neqꝫ lumē in intētu hūano creat neqꝫ spēs ī vi
ymagīatiuā. ꝭ opone anli lumē nāle in intētu hūano dīnitꝭ ꝯfor
tat̄ ꝛ ꝭ hēc homīeꝫ anlꝭ illuīare dr̄ Ex hēc et qꝫ anlꝭ hꝫ ptātēꝫ cō
moue̅ organū fantasie pt visioꝫ ymagiātiuāꝫ forāre ꝭ qꝫ ꝯpetit ꝓphe
Ad q̄ntū dd' qꝫ actō nō attribuit̄ instrūcto ꝭ pn̄cipali agēti. sic scā
mnū nō dr̄ effectꝭ serre ꝭ carpetarij Et silit' cū angelꝭ nō sit ca
reuelaōis ꝓphīce n̄ sic instrūctū dīnū ꝑ reuelacōꝫ a deo pceptaꝫ
ꝓphīa nō dꝫ dici reuelaō angelica ꝭ dīna Ad 6m dd' qꝫ sapīā dīna
ī aīaꝫ se trāsferens aliqꝭ effectꝭ fāt nō mete inistrio angeloꝝ sic gr̄e
īfusioꝫ ꝑ quā qꝫ amicꝭ dei ꝯstituit̄ Nichil aūt ꝓhibꝫ q̄n q̄sdā alios
effectꝭ faciat ꝑdicto inisterio mediāte;

Nono querit ut prophetia sit per quam a spiritu prophetie tangitur a sensibus alienetur
et videtur quod non quia dicitur numeri xii Si quis fuerit inter vos propheta domini in sompno
aut in visione loquar ad eum Sed ut dicit glossa in prohemio psalterii tunc fit prophetia
per sompnia et visiones quando fit per ea que videntur dicta vel facta Cum autem
apparet ea que videntur dicta vel facta non dormit vel fuit. homo autem est
a sensibus abstractus. ergo visio prophetie fieri est in prophetia a sensu abstracto. Preterea
quando vires virtutis intimum intendit in sua operatione oportet aliam a sua operatione abstra-
hi Sed in visione prophetie interiores vires in suis operationibus intendunt scilicet intel-
lectus et ymaginatio cum hoc sit perfectissimum ad quod pervenire possit pro statu
vie ergo in visione prophetica semper propheta ab operatione exteriori virium abstrahitur Preterea
intellectualis visio est nobilior quam ymaginaria et hec quam corporalis Sed permixtio igno-
biliorum detrahit aliquid de perfectione nobiliorum ergo visio intellectualis et ymaginaria
quando visioni corporali non permiscentur sunt perfectiores Cum ergo in prophetica visione
ad summam perfectionem pervenitur pro statu vie videtur quod tunc non corporali visioni
permisceatur ut scilicet propheta simul cum eius corporali visione utatur Preterea plus distat sensus
ab intellectu et ymaginatione quam ratio inferior a superiori Sed consideratio superioris
rationis qua intenditur eternis contemplandis abstrahit hominem a consideratione infe-
rioris rationis qua homo temporalibus inhe[re]t ergo multo fortius visio intellectualis
et ymaginaria prophetie abstrahunt a visione corporali Preterea una et eadem vis non
potest pluribus intendere Sed quando aliquis sensibus corporalibus utitur eius intellectus et
ymaginatio illis rebus intendit que corporaliter videntur ergo simul cum hoc non posset
intendere illis que apparent absque sensibus corporis in prophetica visione Sed
contra est quod dicitur i ad Cor xiiii Spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt. Hoc autem
non esset si propheta esset a sensibus alienatus. quia sic non esset sui ipsius compos
ergo prophetia non fit in homine alienato a sensibus Preterea per visionem prophetie
accipitur certa cognitio de rebus sine errore Sed in hiis qui sunt abstracti
a sensibus in sompno vel quocumque alio modo contingit permixta errori et inter-
ita quia similitudinibus rerum inherent quasi rebus ipsis ut augustinus dicit xii super
genesim ad litteram ergo prophetia non fit cum alienatione a sensu Preterea Si hoc ponatur
videtur sequi error montani qui dixit prophetas quasi abreptitios esse locutos
quod dicerent nescientes Preterea prophetia ut dicitur in glossa in prohemio psalterii quandoque
fit prophetia per facta sicut per archam noe significata ecclesia predicta sicut ea
que angeli dixerunt abrahe Sed constat quod noe archam construens et ab-
raham angelis colloquens et eis serviens non erant a sensibus abstracti ergo prophetia
non fit per abstractionem a sensibus semper Responsio dicendum quod prophetia habet duos actus unum
principalem scilicet visionem alium secundarium scilicet denunciationem Denunciatio autem fit
a propheta vel verbis vel etiam factis sicut patet Jeremie xiii quod lumbare suum po-
suit iuxta flumen ad putrescendum Utrolibet autem modo denunciatio prophe-
tica fiat semper fit ab homine non abstracto a sensibus. quia huiusmodi denunciatio
per signa quedam sensibilia fit Unde oportet prophetam denunciantem sensibus uti ad
hoc quod eius denunciatio fit perfecta alias denunciaret quasi abreptitius aliquis
abreptitus Sed quantum ad visionem prophetie duo concurrunt ut ex dictis patet
scilicet iudicium et acceptio spiritualis prophetie Quando ergo in prophetia inspiratur divinitus ut
sit tantum iudicium eius supernale et non acceptio tunc talis inspiratio abstractionem
a sensibus non requirit quia iudicium intellectus naturaliter est perfectius in utente sensibus
quam in non utente Acceptio autem supernalis spiritualis prophetie est secundum ymaginariam visionem
ad quam visionem inspiciendam rapitur vis humana ab aliquo spiritu et a sensibus
abstrahitur ut augustinus dicit super genesim ad litteram Cuius ratio est quia vis ymaginaria
dum quis utitur sensibus principaliter est intenta hiis que per sensus accipiuntur Unde non potest esse
quod intentio eius principaliter transferatur ad ea que aliunde accipiuntur nisi quando
homo est a sensu abstractus Unde quandocumque fit prophetia secundum ymaginariam visionem oportet a
sensibus esse abstractum prophetam Sed hec abstractio dupliciter contingit Uno modo ex causa
animali alio modo ex causa naturali. A causa quidem naturali quando exteriores sensus stupescunt vel

propter egritudinem vel propter vapores somni ad cerebrum ascendentes ex quibus conti-
git organum tactus immobilitari. Ex causa vero animali sicut quando vacat in-
tima attentione ad intellectualia vel ymaginalia omnino a sensibus exterio-
ribus abstrahitur. Nunquam autem fit in prophetia abstractio a sensibus corporalibus per
egritudinem sicut fit in epilenticis vel furiosis, sed solum per causam naturalem ordinatam
scilicet per somnum. Et ideo prophetia que fit in visione ymaginaria semper fit vel in
somno quando scilicet est abstractio a sensibus per causam naturalem ordinata vel in visione
quando fit a causa animali. In hoc tamen differt propheta in sua abstractione a sensibus
sive abstrahatur per somnum sive per visionem ab omnibus aliis qui abstrahuntur a
sensibus quod mens prophete illustratur de hiis que in visione ymaginaria videntur
quando cognoscit eam non esse res sed aliquas rerum similitudines de quibus certum iudi-
cium habet per lumen mentis sue. Ut iam patet quod prophetica inspiratio quandoque fit cum abstra-
ctione a sensibus quandoque non. Unde ad utrasque rationes est respondendum. Ad primum igitur
dicendum quod in verbis illis dominus intendit ostendere preeminentiam Moysi ad alios prophetas
quantum ad acceptionem supernalem quantum, quia scilicet Moyses supernaturaliter ad hoc pro-
motus est ut ipsam dei essentiam in se ipsa videret. Sed omnia que prophete acce-
perunt non acceperunt nisi in similitudinibus sompnii et visionis. Sed tamen iudicium
prophetie non est per similitudines aliquas sompnii et visionis. Unde iudicium prophetie fit
sine abstractione a sensibus. Ad secundum dicendum quod quando vis interior intenditur in vi-
sione sui obiecti attenditur si sit perfecta intentio ab exteriori visione. Sed quantum-
cumque sit perfectum iudicium interioris virtutis non abstrahitur ab operatione ex-
teriori quia ad interiorem virtutem pertinet de exteriori iudicare. Unde iudicium su-
periorum in idem ordinatur cum operatione exteriori et ideo non mutuo se impediunt.
Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit de intellectuali visione et ymaginaria secundum acceptionem
et non iudicium ut dictum est. Ad quartum dicendum quod ex hoc ipso potentie anime mutuo
se in suis operibus impediunt quod in una essentia anime sunt fundate. Unde quan-
to aliquae vires anime sunt magis propinque tanto magis nate sunt
sese mutuo impedire si ad diversa ferantur. Unde ratio non sequitur. Ad quintum
dicendum quod ratio illa procedit et quantum ad acceptionem naturalem virtutis ymaginative
vel intellectualis et non quantum ad iudicium. Ad primum autem in contrarium dicendum quod ap-
postolus loquitur quantum ad prophetie denuntiationem quod suo arbitrio subiacet denun-
ciare de quibus inspiratur vel non, quantum autem ad revelationem ipse propheta spi-
ritui subicitur. Non enim fit revelatio secundum arbitrium prophete sed secundum arbitrium spiritus
revelantis. Ad secundum dicendum quod hoc est ex lumine prophetie quod mens prophete illustratur
ut etiam in ipsa abstractione a sensibus verum iudicium habeat de hiis que videt
in sompno vel in visione. Ad tertium dicendum quod error montanistarum fuit in duo-
bus. Primo quia subtrahebant lumen mentis prophetis quo de visis verum iudicium
haberent. Secundo quia in ipsa denuntiatione eos a sensibus abstractos dicebant
sicut in furiosis contingit vel in hiis qui loquuntur in dormiendo. Hoc autem non
sequitur expositionem predicta. Ad quartum dicendum quod hec prophetia dicitur secundum predicta vel pre-
scita referendum est ad denuntiationem prophetie magis quam ad propheticam visionem.

DEcimo queritur utrum prophetia convenienter dividatur in prophetiam predestinationis pre-
scientie et comminationis. Et videtur quod non quia glossa in principio psalterii dividit
prophetiam dicens quod alia est secundum prescientiam quam necesse est omnibus modis impleri ut illa
secundum tenorem verborum ut Ysaie Ecce virgo concipiet. Alia secundum comminationem ut
adhuc xl dies et Ninive subvertetur que non secundum verborum superficiem sed
tacite intelligentie significatione completur. Ergo videtur superfluum secundum membrum quod
tertius apponitur scilicet de prophetia secundum predestinationem. Praeterea id quod consequitur omnem prophetiam
non debet poni ut membrum dividens prophetiam. Sed omnem prophetiam consequitur esse secundum
prescientiam divinam quia ut glossa dicit Ysaia 38 prophete in libro prescientie legunt. Ergo
prophetia secundum prescientiam non debet poni membrum dividens prophetiam. Praeterea cum prescientia sit supplis

ad predestinationem que in eius diffinitione posita non potest prescientia quam predestinationem dividi
nisi contineatur in eo quia prescientia predestinationem excedit. Sed prescientia excedit predestinationem in malis
quia de eis est prescientia et non predestinatio. De bonis predestinatio et malis prescientia. Ergo
cum dicitur quod prophetia alia est secundum predestinationem alia secundum prescientiam, hoc est dictum: alia est de bo-
nis alia de malis. Sed bona et mala inveniuntur ex libero arbitrio dependentia, ergo nulla
est differentia quam assignat. Secundo modo inter has duas prophetias dicunt prophetiam predestinationis
esse que sine nostro impletur arbitrio, prophetiam secundum prescientiam cui nostrum admiscetur
arbitrium. Preterea predestinatio ut dicit Augustinus est de bonis salutaribus. Sed inter
bona salutaria et nostra merita computantur que ex libero dependent ar-
bitrio, ergo prophetie secundum predestinationem nostrum admiscetur arbitrium et secundum modum
male distinguitur. Preterea in prophetia non possunt considerari nisi tria scilicet a quo
est, in quo est et de quo est. Sed penes id a quo est non distinguitur quia omnis
prophetia est ab uno principio scilicet spiritu sancto, nec etiam penes id in quo est quia prophetie subiectum
est humanus spiritus. Ea autem de quibus est prophetia non sunt nisi bona vel mala. Prophetia
non debet dividi nisi divisione bimembri. Preterea Ieronimus dicit quod ista prophetia Ecce virgo concipiet
est secundum predestinationem. Sed ad impletionem illius prophetie liberum arbitrium se immiscuit in virginis
assensu, ergo prophetia secundum predestinationem habet liberum arbitrium admixtum et non differt a prophetia
que est secundum prescientiam. Preterea omnis enuntiatio de futuro quod nescitur esse futurum vel est falsa vel saltem
dubia annuntiati. Sed per prophetiam comminationis predicitur aliquid esse futurum ut puta destructio
alicuius civitatis. Cum igitur hec denuntiatio non sit falsa nec dubia quia in spiritum sanctum qui est
prophetie actor nec falsitas nec dubitatio cadit, oportet hoc futurum esse admodum a spiritu sancto pre-
scitum, ergo prescientia secundum comminationem non distinguitur a prophetia secundum prescientiam. Preterea cum aliquid predicitur
secundum prophetiam comminationis aut ista predictio est intelligenda sine conditione aut sub conditione.
Si sub conditione hoc non videtur competere prophetie que in quadam supernaturali cognitione con-
sistit. Futura enim contingentia quibusdam conditionibus statutis et naturalis non potest. Ergo oportet ut
sine conditione intelligatur; aut ista prophetia est falsa aut eveniet quod predicitur. Tunc oportet
a deo esse prescitum. Ergo prophetia comminationis non debet distingui contra prophetiam prescientie. Preterea
Ieremie 18 similis textus ponitur de diversis comminationibus et promissionibus adimplendis quia
scilicet comminationes revocantur quando gens contra quam est facta comminatio penitentiam agit a malis.
Similiter promissio deficit quando gens cui facta est iustitiam delinquit. Ergo sicut ponitur
prophetia comminationis quoddam membrum prophetie ita debet poni contrarium membrum prophetia pro-
missionis. Preterea Isaie 38 Isaias prophetice predixit ad Ezechiam: Dispone domui tue
quia ~~morieris~~ morieris. Hec autem prophetia non est secundum predestinationem quia iam necesse esset im-
pleri omnibus modis et sine nostro arbitrio, nec etiam secundum prescientiam quia hoc futurum deus non
presciebat, aliter prescientie subesset falsum, nec etiam secundum comminationem quia sine conditione predicebatur,
ergo oportet esse aliquod quartum genus prophetie. Si dicitur quod hoc predicebat esse futurum secundum
causas inferiores et tunc erat prophetia comminationis, sed contra: cause inferiores mortis
hominis egrotantis possunt homini esse note per artem medicine. Si ergo hoc non predixit Y-
saias futurum nisi secundum causas inferiores, vel non prophetice predixit vel prophetica predictio non
differt a medicinali predictione. Preterea omnis prophetia est de rebus vel intuendo causas inferio-
res vel intuendo causas superiores. Si ergo predicta prophetia intelligitur conditionalis quia est
secundum aliquas causas scilicet inferiores, pari ratione omnis prophetia conditionalis est, et sic omnis prophetia
erit eiusdem rationis cum comminatoria. Preterea prophetia comminationis quandoque non impletur
secundum superficiem verborum, impletur tamen tacite intelligentie sufficientia ut Cassiodorus dicit,
sicut quoddam est per Ionam Ninive subvertetur impletum est secundum Augustinum in 21o de ci-
vitate dei quia quamvis Ninive steterit in menibus corruit tamen in pravis moribus. Sed
hoc etiam invenitur in prophetia predestinationis et prescientie que non implentur secundum exteriorem verborum
superficiem sed secundum spiritualem sensum sicut quod dicitur Isaie 78 Fundabo Ierusalem saphiris
et Danielis 2 lapis abscissus de monte sine manibus confregit statuam et multa
alia huiusmodi. Ergo prophetia comminationis non debet distingui contra prophetiam prescientie et predestinationis.
Preterea si cui demonstretur aliqua futurorum similitudo non dicitur propheta nisi intelligat
ea que per eas significantur, sicut Pharao non est dictus propheta qui spicas et boves vidit.
Intelligentia enim opus est in visione ut dicit Daniel x. Sed illi per quos comminationes
divine fiunt intelligunt tamen hoc quod apparuit secundum verborum superficiem, non autem illuminantur

als excludit

de hiis que per illa significantur. Sicut patet de Iona qui intellexit ruinam materialem
subvertendam. Unde non subversa sed correcta doluit quasi prophetia non esset impleta
ergo prophetia ex hoc dici non debuit tertia scilicet comminationis sed poni prophetie esse unum
ut praedicta distinctio non est. Sed contrarium apparet ex glossa que habetur super illud Matthei
Ecce virgo. ubi praedicta partitio ponitur et explanatur. Responsio dicendum quod prophetia a
divina praescientia dicitur ut dictum est. Sciendum est autem quod deus aliter praescit futura ab
omnibus aliis qui futura prognoscunt. Circa futurorum enim cognitionem duo est
considerare scilicet ipsum ordinem causarum ad futuros effectus et exitum sive execu-
tionem huius ordinis in hoc quod effectus actu procedunt ex suis causis. Quecumque igitur virtus
creata aliquam cognitionem habet de futuris sua cognitio non fertur nisi ad ordinem
causarum sicut medicus sic hoc dicitur futuram mortem praescire in quantum scit naturalia principia
esse ordinata ad defectum mortis. Et eodem modo astrologus dicitur prognosticare futuras pluvi-
as et ventos. Unde si sint tales cause quarum effectus impediri possint non
semper evenit quod sic praescitur esse futurum. Sed deus non solum prognoscit futura
ratione ordinis causarum sed etiam quantum ad ipsum exitum vel executionem ordinis.
cuius non est variatio quia eius intuitus eternitate mensuratur que omnia tempora
in uno nunc indivisibili comprehendit. Unde uno simplici intuitu videt et ad
quid cause sunt ordinate et quomodo ordo ille impleatur. Hoc autem creature
est impossibile cuius intuitus limitatur ad aliquod tempus determinatum. Unde cognoscit
ea que sunt in illo tempore. Futura vero in tempore quo adhuc sunt futura non sunt non sunt
nisi in ordine suarum causarum. Unde sic solummodo a nobis prognosticari possunt ut recte
considerantibus appareat in hoc quod futura praescire dicimur. Et magis proprie quod
futurorum scientiam habere et cetera remaneat solius dei proprium vere scire futura. Quandoque igitur
a divina praescientia divinatur prophetia ratione ordinis causarum. quandoque vero etiam ratione execu-
tionis vel impletionis illius ordinis. Cum ergo fit prophetie revelatio solummodo de or-
dine causarum dicitur prophetia comminationis. Tunc enim nihil aliud prophete revelatur
nisi quod secundum ea que nunc sunt talis ad hoc vel illud est ordinatus. Impletio vero
ordinis causarum fit dupliciter. quedam quidem ex sola operatione divine virtutis ut suscita-
tio Lazari conceptio Christi et huiusmodi. Et hoc est prophetia praedestinationis quia ut dicit Damas-
cenus deus praedestinat que non sunt in nobis. Unde et praedestinatio quedam
dei praeparatio dicitur. Hoc autem dicitur praeparat quod facturus est ipse non quod alius. Quedam
vero explentur etiam operatione causarum aliarum sive naturalium sive voluntariarum et huius-
modi quantum per alias causas complentur non sunt praedestinata sunt tamen praescita. Unde horum
dicitur esse prophetia secundum praescientiam. tamen quia prophetia communiter hominibus fit circa ea que per homines
fiunt libero arbitrio. principue prophetia praescientie consistit. Unde praetermissis aliis causis
creatis Ieronimus prophetiam praescientie notificavit de solo arb libero arbitrio meritorum
facit. Ad primum igitur dicendum quod ista trimembris divisio quam Ieronimus ponit reducitur
ad bimembrem ut dictum est. quia quedam respiciunt ordinem causarum quedam autem
exitum ordinis. Et in hac divisione Cassiodorus stetit. Ieronimus vero alterum membrum
subdivisit. Et ideo Cassiodorus duo membra divisionis posuit. Ieronimus autem
tria. Praescientiam etiam Cassiodorus accepit secundum sui communitatem. Est enim de omni-
bus eventibus sive virtute creata sive increata fiant. Sed Ieronimus accepit
praescientiam secundum quamdam restrictionem prout est de illis tantum de quibus non est praedestinatio
per se loquendo scilicet de hiis que virtute creata proveniunt. Ad secundum dicendum quod omnis
prophetia divinitus secundum praescientiam habet quasi radicem. Sed cum in divina praescientia sit cognitio
ordinis et eventus. quedam prophetia ordinatur divinitus ex una parte. quedam
ex alia. Praescientia vero dei secundum hoc appropriate praescientie nomen habet quod ad eventum respiciat
qui futurus est. Ordo enim ad eventum est in praesenti. Unde de eo est magis scientia
quam praescientia. Et ideo illa prophetia que ordinem respiciat non dicitur secundum praescientiam sed solum illa
que est secundum eventum. Ad tertium dicendum quod praescientia hic accipitur contra praedestinationem divisa
quantum ad ea in quibus praescientia praedestinationem excedit. Non autem excedit praescientia prae-
destinationem in malis solum si praedestinatio stricte accipiatur sed etiam in omnibus
bonis que non fiunt sola virtute divina. Unde ratio non sequitur. Ad quartum dicendum quod nec

citum meum et est ex gratia et est ex libero arbitrio ~~Non autem subiacet praescienti~~
nisi secundum quod est ex gratia quae a solo deo est. Unde id quod ex nostro arbitrio est praescientiae
communi subesse dicitur patientis. Ad quintum dicendum quod prophetia hic distinguitur secundum ea de quibus
est non quod secundum bona et mala quia huiusmodi duae passiones se habent ad futurum quod per
prophetiam cognoscitur secundum id quod est de ordine vel de exitu ordinis ut dictum est.
Ad 6 dicendum quod ad Christi conceptum intervenit consensus virginis non quidem operans sed sicut
impedimentum removens. Non enim invite tantum beneficium praestare debebat. Ad vii
dicendum quod aliquid potest dici esse futurum non solum ex hoc quod ita erit sed quia est ordinatum in
causis suis ut sic sit futurum. Sic enim medicus dicit iste sanabitur et iste morie-
tur et si aliter contingat non falsum dixit. Sic enim tunc futurum erat ex or-
dine causarum quod tamen possibile est impediri. Et tunc quod prius futurum fuerat contingenter
non erit futurum. Unde philosophus dicit in II de generatione quod futurus quis incedere non in-
cedat. Et secundum hoc denuntiatio prophetae comminantis nec falsa est nec dubia quamvis non
eveniet quod praedixit. Ad viii dicendum quod si prophetia comminationis referatur ad ordinem
causarum quem directe respicit sic est absque omni conditione, absolute enim non est
ita ordinatum esse in causis ut hoc contingat. Si autem referatur ad even-
tum quem respicit indirecte sic intelligenda est sub conditione causae. Et tamen supernatura-
lis est quia naturali cognitione non potest sciri et causa existente ut puta iniquitate
remanente quod talis poena vel poena determinata secundum divinam iustitiam debeatur.
Ad ix dicendum quod sub prophetia comminationis intelligitur et prophetia promissionis quia de eis est
eadem ratio. Ideo tamen magis exprimitur de prophetia comminationis quia frequentius in-
venitur revocata comminatio quam promissio. Deus enim pronior est ad miserandum
quam ad puniendum. Ad x dicendum quod prophetia illa fuit secundum comminationem. Et quamvis non esset condi-
tio explicite posita erat tamen illa denuntiatio sub implicita conditione intelligenda
scilicet talibus rerum ordine manente. Ad xi dicendum quod tales mutationes non solum sunt causae
naturales quas medici praecognoscere possunt sed etiam causae meritoriae quae est sola divina
revelatione cognoscuntur. Causae etiam naturales salutis vel mortis multo perfectius di-
vina revelatione quam humano ingenio cognosci possunt. Ad xii dicendum quod causae superio-
res secundum rerum rationes in divina praescientia numquam deficiunt ab impletione suorum effe-
ctuum, sic deficiunt causae inferiores. Et ideo in causis superioribus cognoscuntur rerum
eventus absolute sed in inferioribus non nisi sub conditione. Ad 13 dicendum quod in prophetia
praedestinationis et praescientiae quamvis proponatur veritas adimplenda sub aliquibus simili-
tudinibus tamen ratione illarum similitudinum non attenditur ad sensus litteralis sed litteralis
sensus attenditur secundum ea quae per similitudines significatur. Sed in prophetia comminationis sensus
litteralis verborum prophetae attenditur secundum illas similitudines rerum quae evenient quia similitudines
illae non tantum proponuntur ut similitudines sed ut rationes quaedam. Unde et id quod
eveniet significatum per huiusmodi similitudines non pertinet ad sensum litteralem sed subversio a prae-
nis moribus pertinet ad moralem. Et in ipso sensu litterali attenditur aliqua veritas ratione
ordinis ordinis causarum ut dictum est. Ad xiiii dicendum quod in somnio Pharaonis forte
ille etiam boves non denumerabantur ut res quaedam sed solum ut similitudines. Et ideo Pha-
rao qui solum illas similitudines ostensas vidit non habuit aliquem rei intellectum
et propter hoc propheta non fuit. Sed Ionae cui dictum est Ninive subvertetur adfuit
intelligentia ipsius rei scilicet ordinis meritorum ad subversionem. Et si forte alte-
rius rei scilicet subversionis praescius non fuit. Unde quantum ad hoc quod non intellige-
bat propheta non fuit. Sciebat tamen Ionas et prophetae comminantes prophetiam quam
praedicabant non esse secundum praescientiam sed secundum comminationem. Unde dicitur Ionae ultimo Propter hoc praeoccu-
pavi ut fugerem in Tharsis. Scio enim quod tu clemens et misericors es.

Undecimo quaeritur utrum in prophetia inveniatur immobilis veritas. Et videtur quod non.
Cum enim immobilis veritas in diffinitione prophetiae ponatur si prophetiae conveniat oportet
ut per se ei conveniat. Sed futura contingentia de quibus est prophetia per se non sunt immo-
bilia sed solum secundum quod ad praescientiam divinam referuntur ut dicit Boethius. Ergo immobilis veritas
non debet assignari prophetiae quasi in eius diffinitione posita. Praeterea id quod non impletur nisi
aliqua variabili conditione existente non habet immobilem veritatem. Sed aliqua prophetia scilicet
comminationis quae non impletur nisi variabili conditione existente scilicet perseverantia malitiae

Ad quintum dicendum quod etiam motus caritatis in deum requiritur sed tamen etiam in hoc motu includitur motus fidei ut dictum est Ad sextum dicendum quod licet credere deo vel deum possit esse sine iustitia tamen credere in deum quod est actus fidei formate sine gratia vel iustitia esse non potest et hoc credere requiritur ad iustificationem unde ad Romanos iiii Credenti in eum qui iustificat impium fides reputatur ad iustitiam Ad septimum dicendum quod post lapsum humane nature homo non potest reparari nisi per mediatorem dei et hominum ihesum christum quia quidem sacramenta mediatoris christi sola fide tenentur ideo ad iustificationem impii non solum sufficit cognitio naturalis sed requiritur fides ihesu christi vel explicite vel implicite secundum diversa tempora et diversas personas Et hoc est quod dicitur ad Romanos iii° Iustitia autem dei per fidem ihesu christi Ad octavum dicendum quod sicut intellectus principiorum naturalis cognitionis se habet ad sapientiam vel scientiam conclusionum in eis principiis ita fides ad sapientiam infusam Unde primus motus cognitivus conversionis in deum non est sapientie vel scientie infuse sed fidei Ad nonum dicendum quod licet sint multi articuli fidei non tamen oportet quod actu omnes cogitentur in ipsa in statu iustificationis sed solum quod cogitetur deus sed hunc articulum quod est iustificans et peccata remittens in quo etiam includitur implicite articulus incarnationis et passionis christi et alii qui ad iustificationem requiruntur Ad decimum dicendum quod motus humilitatis consequitur motum fidei sed quod aliquis considerata altitudine divine maiestatis seipsum ei subiciat se et ita motus humilitatis non est primus qui requiritur in iustificatione Ad undecimum dicendum quod in iustitia generali de qua nunc loquimur includitur etiam ordinatio debita hominis ad deum ut supra dictum est et tamen fides tamen spes quam caritas sub hoc genere iustitia continetur Ad duodecimum dicendum quod peccatum pluribus generibus principue consistit in aversione et ideo ad remedium hoc pluribus requiritur conversio liberi arbitrii in deum

Quarto queritur utrum in iustificatione impii requiratur motus liberi arbitrii in peccatum Et videtur quod non Motus enim caritatis est directe in deum ergo ad iustificationem impii sufficit motus in deum et non requiritur motus in peccatum Praeterea bonum incommutabile est efficacius quam bonum commutabile sed conversio ad bonum commutabile sufficit ad hoc quod homo mereatur peccatum ergo conversio ad bonum incommutabile sufficit ad hoc quod homo iustificetur Praeterea homo non potest moveri in peccatum nisi de peccato cogitet nullus autem potest cogitare de eo quod memoria non tenet Contingit autem oblivioni esse peccatum commissum si igitur ad iustificationem impii requiritur motus liberi arbitrii in peccatum videtur quod ille qui est peccatorum suorum oblitus nunquam possit iustificari Praeterea contingit aliquem multis criminibus esse involutum Si igitur motus liberi arbitrii in iustificatione impii requiritur videtur pari ratione quod eum oporteat in eodem instanti de singulis suis peccatis cogitare quod est impossibile non enim maior ratio de uno quam de alio Praeterea quodcumque convertitur in aliquid sicut in finem ultimum ex hoc ipso ab alio fine avertitur ultimo quia impossibile est unum esse multos fines ultimos Sed homo quando per fidem formatam in deum movetur in ipsum sicut in finem ultimum ergo ex hoc ipso avertitur a peccato et ita non videtur esse necessarius alius motus ~~a peccato~~ in peccatum liberi arbitrii Praeterea non est nisi motus a peccato et in peccatum Sed contra est quod in psalmo dicitur dixi confitebor adversum me iniustitiam meam domino et tu remisisti impietatem peccati mei Sed homo non potest hoc dicere nisi de peccato cogitando ergo motus liberi arbitrii in peccatum ad iustificationem requiritur Praeterea ad iustificationem impii contritio requiritur que est pars penitentie per quam peccata tolluntur Sed contritio est dolor de peccato ergo motus liberi arbitrii in peccatum requiritur in iustificatione impii Respondeo dicendum quod iustificatio

impij addit aliquid sup iustic simpt vnd iustic simp imptat solu
iustic infusiom Sz sup hc addit iustic impij remissioz culpe q
ideo remissio no fit tm p hc q ho desistit a pcto . Sz aliqd amp re
quirit Aug Ambros. dt in li de imp et gra Si a peccando desiste hic cet
no hret pecta sufficet ut hc nos monet sciptura fili peccasti na addi
cias ult̄ alias itm no aut sufficit qz addit Et de pstinis depcare ut
t remittat Sic go ad iustic simpt requirit quersio hois p li ar in cuz
iustificatez qe e mot li ar in deu Sz sup hc in iustic impij requi
q tendat ad destructom pti pt̄iti sic quersio in deu . fit p hc q ho cognoscit
deu p fidez et eu amat et gre desiderat seu sperat Ita oz q quersio li ar
in pctm fit p hc q ho se pctorez recognoscat q e humilit . et pctm p
teritu detestetur ut pigeat fecisse et iterare no fecisse velit Ad pm go
dr q dileo dei no pt ee sn detestaton eius q adeo sepat et ideo pter
motu dilectois in deu requirit in iustione . pti detesta Vn et Magda
lena cui dnr e dimissa sunt ei pecta multa . qm dilexit multm lacrimar
cum fecit petiti Ad scdm dr q quersio in bom incommutabile no suffit ad
iustic simpt Sz ad iustificatoz impij requir et mot in pctm ut di
ctu e qz ad hc q iustificet a pcto pterito no solum suffit q iusticia velit
et no peccet . Sz qd tm pterita iniqtez expetiat detestado ipaz . no aut
in eo q pcat requirit detestac dei ul iustic inst ei qnu qz illud q e bom
nlla hz odio insi inquatu incopossibile alti bono q diligit Vn pctor
no insi p actus odit iusticiaz et deu q hc ipa vz q amat inodeate bom
commutabile Ad tcu dr q no e nccm q aliquis in ipo momento iustic
q hc ul illo pcto d peccate cogitet Sz solum q doleat se pra culpa a deo ee
aversu ul alte ul sub qdicon . s. scz avsu e qm scz aliqs ignorat an vnq
pctm mortle adeo aversus sunt . et p huiusmodi motu ets ille q peccat
oblitus e de pcto conteri pt Ad qrtu dr q sicut pctod qremiut in a
vsione adeo con cuiq gram impedimt vn ad iustic na requirit q in
ipo iustic momento aliquis de pctis singlt cogitet Sz hc q p culpa suam
aversus adeo requirit aut singlorz pctorz dz ul pcede ul sequitz sequi iustic
Ad qntu dr q ad hc q aliquis sibi fine deu qstituat sen q no qstituat
sibi fine in pcto et ita q avertat a peccandi pposito . hc aut na suffit ad
deletioz pti pteriti ut dcm e et ideo ro na sequit Ad vj dr q q motus
li ar in pctm psequeds ul amplectedo iustificacom opponit na aut mot
li ar in pctm fugiendo hit conn mot cu iusticia conn qnet q e mot a pcto rece

Sexto Dicunt Lucidu gre infusio / fuga aliciu e mot ab illo
et culpe remissio sunt id Et vide q Rem enim e posito affirmaco
et remotio negatio Sz culpa nl aliud ee vide cum defectus gre go id vide
ee remoto culpe et infusio gre . P Culpa et gra opponit sic te
nebra et lux Sz remoto tenebre et inductio lucis sunt eade go remissio
culpe et infusio gre sunt id . P Remotio culpe pncipue attendit qntu
ad delecom macle Macula em no vide ee aliq pce in aia
q sit aliq mo esse adeo ut videt q sit pvato sola . no aut pvatio insi
eius cu qno simul ee no pt q e gra Remotio aut pvatois nl aliud e qm
infusio gre Sz dicat q macla no solum ponit absencia gre Sz aptitudie et
debitu recipiendi gre habende Sz conn est pvatio pot aptitudine in subiecto et cu
remotio pvatois et inductio hitus id e go hc no impedit quin remotio
culpe et infusio gre sunt id . P Scdm pbm gnatio vnius e corruptio

corrupcio alterius. Cum ergo remocio culpe sit quedam ipsius corrupcio, infusio autem gracie
est quedam ipsius generacio, ergo videtur est infusio ipsius gracie et culpe remocio. Sed contra est
quod inter quatuor que requiruntur ad iustificacionem impii computantur duo scilicet infusio gracie
et culpe remissio. Preterea quecumque se ita habent quod unum potest esse sine altero non sunt
unum. Sed infusio gracie potest esse sine remissione culpe sicut in angelis bonis in Iª hoc
ante casum et in Christo. Ergo remissio culpe et infusio gracie non sunt unum. Respondeo dicendum
quod remissio culpe et infusio gracie non sunt unum. Et hoc patet per mutaciones
enim penes terminos distinguuntur. Infusionis gracie terminus enim est gracia, mere re-
missionis non culpam non esse. Est autem oppositorum quorundam ad hoc attendenda quedam
differencia. Nam quedam opposita sunt quorum utrumque ponit naturam aliquam ut album
et nigrum. Et in talibus opposicionibus negacio utriusque est negacio realis, id est alicuius rei,
et ideo cum affirmacio non sit negacio, quia esse album non est idem quod non esse nigrum
secundum realitatem differunt. Et ideo corrupcio nigri cuius terminus est esse album non esse ni-
grum et generacio albi cuius terminus est esse album sunt realiter. Due mutaciones quamvis
sit unus motus ut supra dictum est. Quedam vero opposita sunt quorum tantum alterum
est natura quedam, reliquum vero non est nisi remocio vel negacio ipsius, sicut patet in oppositis
secundum affirmacionem et negacionem vel secundum privacionem et habitum. Et in talibus negacio oppositi quod
ponit naturam aliquam est realis, quia est alicuius rei; negacio vero alterius oppositi non
realis, quia non est alicuius rei. Est enim negacio negacionis que est negacio alterius oppositi
nichil dicit secundum rem apponere alteri. Unde secundum rem idem est generacio albi et corrupcio non
albi. Sed quia negacio cuius terminus non sit res nature sed tantum res racionis, ideo negacio
negacionis secundum racionem sive secundum modum intelligendi est aliud quam opponere affirmacionem, et sic corrup-
cio non albi secundum modum intelligendi est aliud quam generacio albi. Patet igitur quod si culpa omnino
non est aliquid positive, idem est infusio gracie et remissio culpe secundum rem, sed non secundum racionem
idem. Si autem culpa aliquid ponit non solum racione sed et re, est aliud remissio culpe et
infusio gracie, si considerentur ut mutaciones, quamvis in toto motu sit unum ut supra
dictum est. Culpa autem aliquid ponit, non sola absencia gracie. Absencia enim gracie secundum se
considerata habet racionem pene, non autem racionem culpe nisi secundum quod relinquitur ex actu vo-
luntatis precedente, sicut tenebra non habet racionem umbre nisi secundum quod relinquitur ex in-
posicione corporis opaci. Sicut ergo ablacio umbre importat non solum remocionem
tenebre sed remocionem corporis impedientis, ita remissio culpe non solum
importat ablacionem absencie gracie sed et ablacionem impedimenti gracie quod erat ex actu
peccati precedente, non ut actus ille non fuerit quia hoc est impossibile, sed ut per illud in-
fluxus gracie non impediatur. Patet igitur quod remissio culpe et infusio gracie
non sunt idem secundum rem. Et hoc patet solucio ad primum. Ad secundum dicendum quod
generacio unius dicitur esse a philosopho corrupcio alterius propter concomitanciam quia de necessitate
sunt simul vel propter unitatem motus qui ad has duas mutaciones terminatur.

Septimo queritur utrum remissio culpe naturaliter precedat infusionem gracie.
Et videtur quod sic. Glossa super illud Psalmi Dixi in secreto appm tibi. Et glo nisi
prius quis deficiat in malo, numquam proveniat ad bonum. Sed remissio culpe
facit deficere a malo. Infusio autem gracie facit provenire ad bonum. Ergo prius naturaliter
est remissio culpe quam infusio gracie. Preterea prius est intelligere ordine nature
recipiens quam receptionem ipsam. Sed forma non recipitur nisi in propria materia,
ergo prius est intelligere materiam propriam quam receptionem forme. Sed ad hoc
quod materia sit propria alicui forme requiritur quod sit denudata a forma contraria. Ergo prius
naturaliter materia denudatur ab una forma quam recipiat aliam. Et eadem racione
prius est remissio culpe quam infusio gracie. Si dicatur quod gracia secundum quod est
respectum ad deum infunderetur, graciam esse priorem naturaliter quam remissio culpe. Sicut

vo quod licet ordine ad subiectum sit prior tamen remissio culpe. Sed tamen in
infusione gratie includit respectum gratie ad suum subiectum cui infundit. Si ergo
secundum hunc respectum ad subiectum est prior inde quod simpliciter infusio gratie naturaliter
sit prior remissione culpe. Si dicatur quod gratia habet duplicem respectum ad subiectum
unum scilicet quod informat subiectum et secundum ad hunc respectum est prior gratia remi-
ssio culpe. Alium quo expellit culpam a subiecto et sic infusio gratie naturaliter
precedit remissionem culpe. Sed tamen gratia expellit culpam ratione opposita quia
habet ad ipsam opposita enim mutuo se expellunt. Ad hoc quod non compatiuntur se in
eodem subiecto et ex hoc patet quod gratia informat subiectum expellit culpam et sic
non potest esse quod gratia secundum rationem qua habet ad subiectum quod informat sit prior et
secundum respectum quem habet ad culpam quam expellit sit prior
prius quam agere [illegible]. Sed gratia cum sit actus cuius esse est inesse ita prior est
naturaliter respectu quem habet gratia ad subiectum quod informat quam respectu quem habet ad
gratiam quod expellit et predicta divisio non videtur posse stare. Preterea prius
naturaliter est declinare a malo quam facere bonum. Sed remissio culpe pertinet ad declinationem
mali, infusio autem gratie ordinatur ad operationem boni. Ergo prius naturaliter est remissio
culpe quam infusio gratie. Preterea secundum ordinem efficientium est ordo causarum. Sed
effectus remissionis culpe est esse mundum, effectus autem infusionis gratie est esse gratum. Prius
autem est naturaliter esse mundum quam esse gratum. Nam omne gratum est mundum sed non e contrario.
Gratia ergo prius naturaliter est remissio culpe quam infusio gratie. Preterea culpa et
gratia se habent ad invicem sicut forme contrarie in natura. Sed in rebus naturalibus prius est
expulsio unius forme quam introductio alterius eo quod non contingit formas contrarias
esse simul in materia. Unde oportet quod forma que prius erat intelligatur expulsa
antequam forma nova introducatur. Ergo et remissio culpe naturaliter prius est quam infusio
gratie. Preterea prius naturaliter est recedere a termino a quo quam pervenire ad terminum ad
quem. Sed in iustificatione impii culpa se habet ut terminus a quo recedit per culpe
remissionem, terminus autem ad quem est ipsa gratia ad quam pervenit per eius infu-
sionem. Ergo prius naturaliter est culpe remissio quam gratie infusio. Si dicatur
quod gratie infusio est prior inquantum est gratia terminus in quo. Sed in quantum est
prius dispositiones removendo contrarium sic est prius. Sed tamen agens infinite
virtutis non exigit dispositionem in materia in qua operatur. Sed gratie infusio
est ab agente infinite virtutis, ergo adeo ergo non exigit aliqua dispositione. Preterea
nulla forma quod totaliter est ab ~~agente~~ extrinseco exigit dispositionem in materia. Sed
gratia est huiusmodi et cetera. Preterea remissio culpe et infusio gratie se habent sicut
purgatio et illuminatio. Sed sicut [illegible] culpe naturaliter precedit gratie infusionem.
Preterea si deus successive operaretur in iustificatione impii prius tale remo-
veret culpam quam infunderet gratiam sicut in dealbatione naturaliter prius removet
nigredinem quam introducat albedinem. Sed hoc quod deus subito operatur
non tollit removere ordinem temporis non nature. Ergo naturaliter prius est remissio culpe
quam infusio gratie. Sed tamen causa naturaliter precedit effectum. Sed gratia est causa
remissionis culpe non nisi quod est infusa. Ergo gratie infusio naturaliter precedit re-
missionem culpe. Preterea agens naturale expellit formam contrariam a materia
nisi per hoc quod inducit similitudinem sue forme in materia. Ergo eadem ratione et deus
non removet culpam ab anima nisi per hoc quod similitudinem sue bonitatis scilicet gratiam
in ea inducit et infusio gratie naturaliter precedit remissionem culpe. Preterea
sicut cuiuscumque culpa remittitur per gratiam ita alicui gratia expellitur per culpam

Sed gratia expellitur per culpam praecedentem expulsionem gratiae ergo similiter culpa re-
mittitur per gratiam praecedentem culpae remissionem. Praeterea gratia tardo infunditur
et in fundendo tardatur sed tanto gratiae prius est naturaliter quam remissio culpae et in-
fusio gratiae naturaliter prior est. Praeterea agens naturaliter est prius patiente sed in iustifi-
catione impii gratia est ex parte agentis culpa ex parte patientis seu recipientis ergo prius
naturaliter est gratiae infusio quam culpae remissio. Respondeo dicendum quod in quolibet genere causae
causa naturaliter est prius causato. Contingit autem secundum diversa genera causarum idem respectu
eiusdem causae esse causam et causatum sicut purgatio est causa sanitatis in genere causae effi-
cientis sanitas vero est causa purgationis secundum genus causae finalis. Si-
militer est materia causa formae aliquo modo in quantum sustinet formam forma vero est aliquo modo
causa materiae in quantum dat materiae esse actu. Et ideo unum per habitudinem aliquam alio esse
prius et posterius secundum diversa genera causae sed tamen illud simpliciter est prius esse dicendum
ordine naturae quod est prius secundum id genus causae quod est prius in ratione causalitatis sicut finis
quod dicitur causa causarum quia a causa finali omnes aliae causae recipiunt quod
sunt causae quia efficiens non agit nisi propter finem et quod actione efficientis forma perfi-
cit materiam et materia sustinet formam. Sic ergo dicendum quod quando aliqua materia forma expel-
litur et alia inducitur expulsio praecedentis est prior naturaliter in via causae materialis
Dicitur enim dispositio ad formam reduci ad causam materialem. Denudatio autem
materiae a forma contraria est quaedam dispositio ad formam suscipiendam. Subiectum etiam materia ut dicitur
in primo physicorum in [illegible] est. Materia enim secundum [illegible] in quantum in eo praeter rationem
subiecti invenitur privatio quae se tenet ex parte materiae et subiecti. Sed in via causae
formalis est prior naturaliter introductio formae quia formaliter perficit subiectum et expellit
contrarium et [illegible] forma et finis in unum incidunt numero. Forma vero et efficiens in [illegible] sunt
in quantum forma est similitudo agentis. Ideo etiam formae introductio prior est naturaliter secundum
ordinem causae efficientis et finalis. Et ex hoc patet secundum praedicta quod ordine naturae
sit simpliciter prior. Sic ergo patet quod simpliciter loquendo secundum ordinem naturae prior est gratiae in-
fusio quam culpae remissio sed secundum ordinem causae materialis est econverso. Ad primum ergo
dicendum quod Philosophus [illegible] loquitur quantum ad intentionem [illegible] mali et operationem [illegible].
Oportet enim dimittere malum quam operari bonum et ideo naturaliter prius est. Non autem
loquitur quantum ad habitus qui infunduntur vel expelluntur. Ad secundum dicendum quod ratio
illa procedit secundum ordinem causae materialis secundum quam etiam in respectu ad subiectum
infusio gratiae prior est. Unde patet solutio ad tertium. Ad quartum dicendum quod obiectio illa procedit
secundum ordinem causae formalis. Formaliter enim gratia in habendo expellit culpam. Ad
quintum dicendum quod gratia expellit culpam effective secundum formaliter tamen non est prius quam
expellat culpam sed simul. Ad sextum dicendum quod dilectio illa procedit quantum ad
operationes et non quantum ad habitus sicut et prima. Ad septimum dicendum quod esse mundum non est
prius effectu remissionem culpae quia potest esse non intellecta remissione culpae
ut in homine in statu innocentiae sed prius effectu remissio culpae fieri mundum
et hoc non est compossibile tamen esse gratiae quia [illegible] potest fieri mundum nisi per gratiam. Secundum
etiam quod per hoc non probaretur prioritas naturalis nisi secundum ordinem causae naturalis. Nam
gratia se habet per modum materiae in comparatione ad esse. Ad octavum dicendum quod eadem
dispositio operis est in motoribus naturalibus et in proposito. Ad nonum dicendum quod recessus
animae a peccato est prius in via generationis et motus quia reducitur ad ordinem materiae.
Nam motus est actus [illegible] in potentia sed accessus ad terminum ad quem prior est secundum ordinem
causae finalis. Ad decimum dicendum quod in operibus dei non requiritur dispositio ex parte ma-
teriae agentis secundum quod producit effectum et propter hoc [illegible] dispositio sed removendo

contrarii quia contraria simul esse non possunt Ad undecimum dicendum quod etsi forma que est totalis
ab extrinseco requirit dispositionem debitam in subiecto ut patet quod sic lumine
diaphaneitatem in aere ut simul impressa ab eodem agente sic calor consumatur
simul introducitur cum forma ignis et simul sic ab eodem simul cum infusione
gratie expellitur culpa Ad duodecimum dicendum quod sola distinctio rationis est inter
infusione gratie et expulsione culpe esse potest tempore secundum prioritatem nature Ordo enim
temporis secundum ordinem motus et materie Et secundum hunc modum probatur quod in coordinatis
prius que est prius secundum ordinem cause finalis ut dictum est

Octavo queritur utrum in iustificatione impii motus liberi arbitrii naturaliter precedat
gratie infusionem Et videtur quod sic Causa enim naturaliter precedit effectum Sed
contritio est causa culpe ergo naturaliter eam precedit et per consequens infusionem gratie que contra se
committitur Si dicatur quod contritio non est remissionis culpe et infusionis gratie prima
enim cum sit sacramentum nove legis gratiam causat et sic remissionem culpe ut hic satis
ratione aliorum sacramentorum puta scilicet confessio aut satisfactio que gratiam et remissionem
presupponunt etc. relinquitur quod ipsa contritio sit sacramentalis causa remissionis culpe et
infusionis gratie Sed causa sacramentalis est causa instrumentalis ut ex precedenti questione
patet ergo cum instrumentum reducatur ad genus cause efficientis contritio non est causa remissionis
culpe ut dispositio naturalis sed magis in genere cause efficientis Preterea attritio precedit
gratie infusionem et culpe remissionem Sed contritio ab attritione non differt nisi secundum intensionem
doloris que speciem non variat ergo et contritio naturaliter adhuc precedit gratie infusionem
et culpe remissionem Preterea dicitur psalmo Iustitia et iudicium preparatio sedis eius Causa
autem efficiens sedes dei per gratie infusionem et culpe remissionem Ergo homo
iustitiam et iudicium faciat pro hoc quod de peccato conteritur videtur quod contritio sit preparatio
ad gratie infusionem et ita naturaliter est prior Preterea motus ad terminum naturaliter precedit
terminum Sed contritio est quidam motus tendens in destructionem peccati ergo naturaliter precedit remissi-
onem peccati Preterea Augustinus dicit Qui creavit te sine te non iustificabit te sine te et
ita motus liberi arbitrii quo ex parte nostra est requiritur ad iustificationem et naturaliter precedit eam Sed
iustificatio terminatur in remissione culpe ergo motus liberi arbitrii precedit naturaliter remissionem
culpe Preterea In matrimonio carnali consensus mutuus naturaliter matrimonii copulam prece-
dit Sed per gratie infusionem constituitur quoddam spirituale matrimonium anime cum deo Secundum id
Osee ii° Sponsabo te mihi in iustitia ergo motus liberi arbitrii per quem est anime consensus in
deum precedit naturaliter gratie infusionem Preterea Sicut in hiis que moventur ab alio per
se secundum motum moventur ex tanto ad moveri mobilis Ita in hiis que movent a se
ipsis Sed motio qua actiuus agens movet sive moveat ut principale agens
sive ut coadiuvans naturaliter precedit moveri respectu mobilis ergo cum in iustificatione
impii anima non totaliter moveatur sed ipsa cooperando se moveat ut coadiuvans
secundum illud i ad Corinthios iii° Dei adiutores sumus Videtur quod ipsa cooperatione anime sua motus
liberi arbitrii naturaliter precedit remissionem culpe secundum quam movetur anima de vitio in virtutem
Sed contra Contritio est actus meritorius Sed actus meritorius non est nisi a gratia ergo
gratia est causa contritionis Sed causa naturaliter precedit effectum ergo gratie infusio naturaliter
precedit contritionem Preterea ad Romanos v° super illud Iustificati ex fide etc. dicit glossa Gratia
dei non precedit aliquod meritum humanum Sed contritio est quoddam humanum meritum ergo
non precedit gratie infusionem Sed si dicatur quod precedit sicut dispositio Sed contra
dispositio est minus perfecta quam forma ad quam disponit Sed contritio dicit actum magis
perfectum quam gratia ergo contritio non est dispositio ad gratiam Probatio medie Actus secundus
est maioris perfectionis quam primus cum se habeat per modum habitus Contritio
autem est actus secundus cum sit opus gratie sicut considerare est opus scientie ergo sicut

consideratione est prius quam scia [illegible] contritio est prius tempore gratia P Eff
ectus cause efficientis, unumquodque est dispositio ad causam efficientem quae in via motus
sequitur efficientem. Sed tamen in ea via dispositio precedit illud ad quod disponit. Sed
contritio se habet ad gratiam sicut effectus cause efficientis ad suam causam efficientem
ergo contritio non est dispositio ad gratiam. Et sic idem quod prius probo medie. Habitus
et potentia ad unum genus reducuntur, cum habitus suppleat quod deest potentie. Sed potentia est
actus in genere cause efficientis, ergo et habitus. Sed gratia comparatur ad contritionem sicut habitus
ad actum, ergo contritio comparatur ad gratiam sicut effectus ad causam efficientem. P Ce
nec facit ad introductionem forme non est dispositio ad formam. Sed contritio nec facit ad gratie
infusionem, quia sine contritione potest esse gratie infusio, sicut patet in Christo, in angelis et primo
homine in statu innocentie. Ergo contritio non est dispositio ad gratiam. Et idem quod prius P
[illegible] Et quia ad prius salutis nostre duo requiruntur, scilicet Dei datum et liberi arbitrii receptio,
sed datum naturaliter est prius quam receptio, ergo gratia in iustificatione nostra est prior quam Dei datum.
Sed dato naturaliter est prior quam receptio ergo gratia in iustificatione precedit contritionem que est acceptio liberi arbitrii recipientis. P Contritio non potest esse
naturaliter precedit contritionem que est acceptio liberi arbitrii recipientis. P Contritio non potest esse
simul cum peccato, ergo remissio peccati naturaliter contritionem precedit. Ad hoc dicendum circa hoc
triplex opinio. Extremi enim dicunt quod motus liberi arbitrii naturaliter precedit gratie infusionem
et culpe remissionem absolute. Dicunt enim quod ille motus liberi arbitrii non est contritio
sed attritio. Attritio autem non est actus fidei formate sed fidei informis. Sed hoc non
videtur esse ad propositum, nam omnis dolor de peccato in habente gratiam est contritio et
sicut omnis actus fidei gratie coniunctus est fidei formate. Actus non fidei informis
et attritio de quibus isti loquuntur tempore precedunt gratie infusionem et liberi motibus
liberi arbitrii ad prius non loquimur, sed de illis qui sunt simul tempore cum gratie infusione sine quibus
iustificatio esse non potest in adultis, nam sine precedentibus potest ut supra dictum patet. Et ideo
alii dicunt quod motus illi sunt meritorii et gratia inficienti [illegible] naturaliter gratiam sequuntur
[illegible] precedunt autem remissionem culpe naturaliter quia gratiam per hos actus remissionem culpe
precedunt autem remissionem culpe naturaliter quia gratia per hos actus remissionem culpe
operatur. Sed non potest fieri, nam quod causat aliquid per operationem causat per modum cause efficientis. Gratia
igitur si mediante contritione et fidei formate remissionem culpe causat, erit causa per
modum cause efficientis, quod esse non potest. Nam causa effectiva destructionis alicuius prius tempore
in esse quam hoc quod destruit sit in non esse. Non enim agens ad cuius destructionem quod
prius non est. Unde sequeretur quod gratia prius esset in anima quam culpa est remissa,
quod est impossibile. Cum patet quod gratia non ratione operationis est causa remissionis culpe
sed per infusionem subiecti quod importatur in gratie infusione. Et ideo inter gratie infusionem
et non inter gratie infusionem et culpe remissionem non cadit medium. Opz
legitur secundum aliorum opinionem quod predicti motus quodammodo se habeant ad utrumque. Ut
quodammodo precedat, quodammodo sequatur ordine nature. Nam si ordo nature
attendatur secundum rationem cause materialis sic motus liberi arbitrii precedit naturaliter gratie infusionem,
sicut dispositio materialis formam. Si autem attendatur secundum rationem cause formalis est econverso.
Et est simile in rebus naturalibus de dispositione quae est necessitas ad formam quae quodammodo
precedit formam substantialem, scilicet secundum rationem cause materialis. Dispositio enim materialis accipit
materie se tenet sed ratio sed accipit cause formalis. Forma substantialis est prior in
[illegible] perficit et materiam et omnia materialia. Ad primum ergo dicendum quod contritio est causa remissionis
culpe meritum et dispositio ad gratiam. Ad secundum dicendum quod penitentie sacramentum habet con
ferre gratiam accipitur clavium quibus se penitens subicit. Contritio igitur si secundum
se consideratur non se habet nisi per modum dispositionis. Sed si consideratur in quantum habet
virtutem clavium in voto sic sacramentaliter operatur in virtute sacramenti penitentie sicut et
in virtute baptismi utrumque in adulto qui habet sacramentum baptismi tamen in voto. Et hoc
ergo non habetur quod contritio sit causa efficiens remissionis culpe proprie loquendo.
Sed virtus clavium vel baptismi [illegible] potest dici quod contritio ad remissionem culpe

contritio ad reatum penalis pene se habet per modum cause efficientis sed contritio ad
maculam et reatum pene eterne se habet solum per modum dispositionis ad quintum dicendum
quod contritio ab attritione procedere non debet solum sed intensionem doloris sed etiam sed in
formatione gratie et ita contritio habet aliquem ordinem prioritatis ad gratiam que non habet
attritio Ad sextum dicendum quod operatio illa est per modum dispositionis materialis ad quintum
dicendum quod contritio est motus ad remissionem culpe non quod ab ea distans sed ut ei coniuncta
tamen ratione magis consideratur ut in motu esse quam ut in moveri et tamen precedit
tamen in ordine cause materialis quia motus est actus existens in passo Ad sextum
dicendum quod intelligendum est quod iustificabit te sine te disponente aliqualiter ad
gratiam et non est quod motus liberi arbitrii precedat nisi per modum dispositionis Ad septimum
dicendum quod consensus est causa efficiens interior sed carnalis motus autem liberi arbitrii
non est causa efficiens infusionis gratie et ideo non est simile Ad octavum dicendum quod
in iustificatione impii homo non est adiutor dei quasi simul cum eo efficiens ad gratiam
sed solum sicut preparans se ad gratiam Ad primum non quod in contrarium obicitur dicendum quod contritio
est gratia sit ab informante et ita sequitur quod in ratione cause formalis sit gratia
prior Ad secundum dicendum quod meritum humanum non precedit gratiam in ratione merendi Ita
scilicet quod gratia cadat sub merito sed tamen precedit actus humanus gratiam ut dispositio materialis
Ad tertium dicendum quod contritio est a libero arbitrio et a gratia et secundum quod procedit a libero arbitrio est dispositio
ad gratiam simul existens cum gratia sicut dispositio que est necessitas simul est cum forma sed secundum
quod est a forma gratia ut actus sequens ad gratiam Ad quartum dicendum quod sicut habitus
formalis perficit potentiam Ita id quod ex habitu relinquitur in actu est formale respectu
substantie actus quem potentia ministrat et sic habitus est formale per actum actus formati
contritionis respectu formationis habeat rationem cause efficientis Ad quintum dicendum quod dispositio
non facit aliquid ad formam effective sed materialiter tamen in quantum per dispositionem materia
efficitur congrua ad receptionem forme et sic contritio facit ad gratie infusionem in
eo quod culpam habet contrarium non requiratur in moventibus plura enim requi-
runtur dispositive ad remotionem forme contrarie et ad introductionem forme simul
quam ad solam forme introductionem Ad sextum dicendum quod id quod est ex parte dantis
est prius formaliter Et quod est ex parte recipientis est prius materialiter Ad septimum dicendum
quod ex illa ratione non sequitur quod remotio culpe precedat contritionem quia per ipsam contritionem
quodammodo culpa remittitur sicut per calorem in summo expellitur forma
aque et ita non sunt simul et sic nec culpa nec contritio

Nono queritur Utrum iustificatio impii sit in instanti Et videtur quod non
Impossibile enim est eiusdem potentie simul et semel esse plures motus sicut
nec unius materie simul et semel esse sub diversis formis diversas Sed in iustificatione
impii requiruntur duplex motus liberi arbitrii ut ex dictis patet ergo iustificatio impii non
potest esse in instanti Si dicatur quod illi duo motus sunt diversarum potentiarum contra motus
motus liberi arbitrii in deum est concupiscibilis motus autem liberi arbitrii in peccatum cum sit quedam
detestatio peccati est in irascibili Sed contra detestatio est unius quod odire Sed odium
est in concupiscibili sicut et amor secundum philosophum in secundo Topicorum ergo detestatio non
est in irascibili Preterea irascibilis et concupiscibilis sed damascenum sunt partes sensibilis
appetitus Sed sensibilis appetitus non se extendit nisi in bonum quod est conveniens
ut in eius contrarium hiismodi autem non sunt ipse deus et peccatum sub ratione peccati
in quantum est detestabile ergo non pertinent isti motus ad concupiscibilem et irascibilem sed
ad voluntatem et sic sunt unius potentie Si dicatur quod motus liberi arbitrii in deum
est motus fidei qui ad intellectum pertinet contritio autem pertinet ad voluntatem tunc

est d'pito volē et sic no sit vnicq pōne Sz con̄ p aug' Credere
no pt homo nisi volens go lz in credēdo requirat actꝰ intellcꝰ tn̄
omnīq requiritur actus volut'. et sic relinquit' q duo motꝰ eiusdē pōe
ad iustiōz impii requirit' P̄ eiusd e moueri a tmīo et ad tmīn go toti
tio q e pcti d'testatio e eiusd pōe cuiq e motꝰ in deū etc no pnt
ee simul P̄ Nichil mo' simul ad diuersos et ctrios tmīos Sz deꝰ
et pctm sunt diuisi et ctrii tmīi go aīa no pt simul moueri in deuz
et in pctm et sic idez q pus P̄ Gra no dat' nisi digno Sz quaz
diu aliquis e subiectꝰ culpe no e dignꝰ gra go ozt q pus expellatur
culpa q̄m infundat' gra et sic iustio q̄ua h duo includit no e in
instati P̄ fforma que recipit magis et minꝰ successiue ut videt' dz
in subiecto fieri sic forma q no recipit magis et minꝰ fit subito in subiecto
utz d' formis substanlibꝫ Sz gra intedit' in subiecto go videt' q successiue
introducat'. et ita infusio gre no e in instati et p qns nec iustio impii
P̄ Sic in q̄lz mutacon ita et in iustificaton impii ncce e ponē
duos tmīos scz tmīn a quo et tmīn ad quez Sz cuiuslz mutatois duo
tmīi sunt in ctigētes s' que no pnt simul ee go in iusti one impii inclu-
dunt' duo que se hnt p pus et postius. et ita iustio impii e successiua
et no in instati P̄ mt q pus e in fieri q̄m in fctm ee sic in instati
Sz gra pus e in fieri q̄m in fctm ee go infusio gre no e in insta-
ti et sic id q pus p̄ssio medie In pmanetibꝫ q fit no e . tum
de fctm e iam e Sz gra pmanēcn e Si go simul fctm fit et fctm e
simul e et no e q e impossile P̄ omnis motꝰ e in tpe Sz in iustiōe im-
pii requirit motꝰ qdaz go li ar go iustio impii fit in tpe et ita no in
instati P̄ Ad iustificatoez impii requirit ctto d' pctis Sz q̄n aliquis
multa pcta comisit no pt in eod instati d' oibꝫ pctis cteri nec cogitare
go iustio impii no fit in instati P̄ Quandoqz inter extrema mutatois
e aliq mediū mutacio e successiua no momentanea Sz int' culpa et gtaz
e aliquod mediū scz statꝰ nature ꝯdite go iustio impii e mutao successiua
P̄ Culpa et gra no sunt simul in aīa go instans inquo ultio culpa
inest e aliud ab instati inquo p'o gra inest Sz int' quelz duo insta
tia cadit tpus mediū go int' expulsionez culpe et infusione gre
cadit tpus mediū Sz iustio hec includit go iustio impii in tpe et
no in instati Sz con̄ iustio impii e qdam spualis illuīatio corpal' fit
in instati et no in tpe Cū go spualia sint simpliciora corpalibꝫ et
minꝰ tēi subiecta videt' q iustio impii fit in instati P̄ Cum aliquod
agens e potētiꝰ tanto in minori tpe effctm suū pducit Sz actio in
stia' e deus q e infinite v'tut' go iustio ~~e deꝰ~~ fit in instati P̄
In lio d' caus dr q sube spualis cognidi e aīa et substa et actio e
in momento tmīt' et no in tpe Sz iustio ptz ad actom aīe go
no e in tpe P̄ In eod instati inquo e dispo cpleta in mā e et
forma Sz motꝰ li ar q In iustione impii requirit e dispo cōpleta
ad gtaz go in eod instati in quo sunt illi motꝰ e gra R'n dd q
iustio impii e in instati Ad cuiꝰ euidētiā scitēdū e qndo d' aliqua
mutatio ee in instati no int'ligit' q duo tmīi eiꝰ sint in instati hoc eni
e impossile cū omis mutao sit int' tmīos oppositos ipse loquendo

Sed intelligitur quod transitus de uno termino in alterum est in instanti quod videlicet
in aliquibus oppositis contingit in aliquibus non contingit. Contrariis inter terminos mo-
tus est accipere aliquod medium oportet quod transitus de uno termino in aliud sit successivus
quia medium est inquantum per se mutatur quod mobile continue quam in ultimum ut
in v° physicorum. Et intelligo inter per qualecumque distantiam ab extremis sive
distantia in situ sive in motu locali sive sit distantia secundum rem quantitatis sive sit
in augmentatione et diminutione sive secundum rem formae ut in alteratione sive intermedium
sive illud intermedium sit alterius speciei sicut pallidum inter album et nigrum sive eius-
dem speciei sicut minus calidum inter magis calidum et frigidum. Contrariorum non inter
duos terminos motus vel mutationis non potest esse medium. Contrariorum non inter-
tur transitus de uno termino in alterum non est in tempore sed in instanti. Hoc autem
contingit quandoque duo termini motus vel mutationis sunt affirmatio vel negatio sive
privatio et forma, propter nam inter affirmationem et negationem nullo modo est medium nec inter
privationem et formam circa proprium susceptibile. Et hoc dico per modum quo aliquis al-
terius speciei est medium secundum intensiones et remissiones et si non possit esse medium
per se tamen potest esse medium per accidens. Nam negatio sive privatio per se loquendo non
intenditur neque remittitur sed per accidens secundum suam causam potest considerari aliqua eius in-
tensio ut si dicatur magis esse caecus ille qui habet oculum excecatum quam qui habet aliquem pa-
nnum in oculo excecato quod causa caecitatis est efficacior. Sic ergo accipiendo huiusmodi
mutationes secundum proprios terminos per se loquendo oportet eas esse instantaneas et non
in tempore sicut est illuminatio generatio et corruptio et alia huiusmodi. Accipiendo vero
eas quantum ad causas suorum terminorum potest in eis considerari successio sicut
patet in illuminatione nam cum medium aer subito transeat de tenebris ad lumen tamen
causa tenebrositatis successive tollitur scilicet absentia solis quae per motum localem successive
sit propinquius. Et illuminatio est terminus localis et est in divisibili sicut et quilibet terminus to-
tum dico igitur quod extrema mutationis sunt gratia et gratiae privatio inter quae non ca-
dit medium circa proprium susceptibile. Unde oportet quod transitus de uno in alterum sit in
instanti quamvis causa huius privationis successive tollatur vel secundum quod homo cogitando
disponit se ad gratiam vel saltem secundum quod tempus praeterit postquam deus se gratiam
daturum praeordinat et sic gratiae infusio sit in instanti. Et quia expulsio
culpae est formalis effectus gratiae infusae inde est quod tota iustificatio impii in in-
stanti est. Nam forma et dispositio ad formam completa et abiectio alterius formae totum
est in instanti. Ad primum ergo dicendum quod quando duo sunt motus omnino disparati non possunt
esse simul in eodem potentia. Sed si unum sit ratio alterius tunc simul esse possunt quemadmodum
dico sunt unus motus sicut cum aliquis appetit aliquid propter finem simul appetit fi-
nem et illud quod est ad finem. Et similiter cum aliquis fugit illud quod est fini re-
pugnans simul appetit finem et fugit contrarium et similiter voluntas simul mo-
vetur in deum et odit peccatum quod est contra deum. Ad secundum dicendum quod huiusmodi motus liberi ar-
bitrii pertinet non ad naturales et temporales. Et hoc ideo quia obiectum eorum
est aliquid intelligibile non aliquid sensibile inveniuntur in aliquo arbitrio naturali
et temporali ingenitum voluntas ira desiderium naturalia et temporalia propter similitudinem actus.
Et tunc contra potest arbitrium et temporale ingenitum homo odit peccatum et cum aliquis
tali ingenito per peccatum vel non vult vendit tamen de eo sumendi propositum in septimo. Et per
hoc patet solutio ad tertium. Contrarium et ad quintum. Ad sextum dicendum quod voluntas non movetur
simul ad contraria persequenda sed simul potest moveri ad unum fugiendum et ad
aliud persequendum. Et praecipue si persecutio unius sit ratio fugae alterius

Ad septim dicendum q quod gratia datur digno, non ita quod aliquis sit sufficienter dignus
antequam gratiam habeat sed quia cohortatio datur quod facit hominem dignum con-
tinue esse dignum gratia et gratiam habens. Ad octavum dicendum quod ad hoc quod aliqua forma
successive recipiatur in subiecto vel operatur intensio vel remissio eius in subiecto
sed intensio vel remissio forme gratie vel oppositi tamen privatio autem gratie non
suscipit magis vel minus nisi per actus rationis sue cause ut iam dictum est et
ideo non oportet gratia successive recipiatur in subiecto. Si autem in subiecto recipitur
posset hoc aliquid conferre. Et ad hoc quod successive gratiam abiectam sed gratia non recipitur
in eodem subiecto. et ideo nec successive abiatur propter hoc quod ipsa non remittatur nec
successive inducitur propter hoc quod eius privatio non remittitur. Ad nonum dicendum quod patet
eius solutio ex dictis. Nam non ideo dicitur mutatio in instanti quod duo termini eius
sint in instanti eodem ut dictum est. Ad decimum dicendum quod fieri alicuius rei permanentis
patet accipi dupliciter. Uno modo proprie et sic dicitur res fieri quamdiu durat motus
cuius terminus est rei generatio et sic quod fit non est in permanentibus. Sed fieri
rei est per successionem secundum philosophum dicit in vi physicorum. Et sic fiebat et fiet. Alio modo
dicitur fieri improprie ut si dicatur aliquid fieri in illo instanti in quo positum est. Et
hoc ideo quia id instans inquantum est terminus prioris temporis in quo fiebat usurpat
sibi hoc quod priori tempori debetur. et sic non est verum quia illud quod fit non est secundum quod
sed hoc quod sic intelligendum quod in hiis quae fiunt subito
nunc primo est et ante hoc non erat. Et sic est intelligendum quod in hiis quae fiunt subi-
to simul est fieri et factum esse. Ad undecimum dicendum quod motus non accipitur hic secundum quod
est actus existentis in potentia materialis. sic enim tempore mensuratur. sed accipitur motus sicut ac-
est actus perfecti ut dicitur in tertio de anima et ita potest esse in in-
stanti sic et per factum esse est in instanti. Ad duodecimum dicendum quod in illo instanti quo
homo iustificatur non requiritur quod sit contritio specialis de singulis peccatis sed generalis de
omnibus contritione speciali de singulis peccatis vel precedente vel subsequente. Ad tredecimum
dicendum quod postquam homo in culpam incidit non potest esse medium inter gratiam et culpam
quia culpa non aufertur nisi per gratiam ut ex supradictis patet nec gratia perditur
nisi per culpa esset status medius inter gratiam et culpam secundum quosdam opinionem
Ad decimum quartum dicendum quod non est accipere ultimum instans in quo culpa fuit sed
ultimum tempus ut supra dictum est

De gratia Christi — Ar 29

Questio de gratia Christi est. Et primo queritur utrum in Christo sit gratia crea-
ta. Et videtur quod non. homo enim dicitur per gratiam creatam filius adoptivus. Sed
Christus secundum sanctos non dicitur filius adoptivus ergo non habuit creatam gratiam. Preterea
ubi est coniunctio rei per essentiam non requiritur coniunctio per similitudinem sed ad cognoscen-
dum requiritur unio cognoscentis ad rem cognitam et tamen quia aliqua sunt in anima per
suam essentiam non est necessarium ad eorum cognitionem quod per similitudinem sunt in ea per similitudinem. Unde est hic
tamen ad similitudinem ordinatur. Sed deus est anime Christi unitus per essentiam realiter in
unitate persone ergo non requiritur quod uniatur ei per gratiam que est unio per similitudinem.
Preterea ea que possumus per nostra naturalia non indigemus gratia. Sed Christus
poterat pervenire ad gloriam per illud quod erat sibi naturale. Est enim filius naturalis
et si filius et heres. Cum ergo gratia infundatur mentibus ad consequendum gloriam videtur
quod Christus gratia creata non indiguit. Preterea filium potest intelligi sine caritate. Sed
quod Christus gratia si fuit in Christo actus fuit. potest ergo intelligi sine gratia. Sit ergo in in-
tellectu aut debetur vita eterna aut non. Cum filius adoptivus vita
eterna debeatur et hoc ipso quod sunt filii videtur quod filiatio adoptionis prece-
dat filiationem naturalem que est in Christo. Preterea bonum per essentiam

non indiget bonitate preparata Sed per accidens est bonum quia est ve-
rus deus ergo non indiget gratia que est bonitas preparata Item plus sim-
plex bonitas increata bonitate gratie sicut lumen solis lumine candele
Sed illo tunc quod est lumine solis non indiget lumine candele ergo cum in christo
assunt bonitas increata per unionem videtur quod indiguit gratia Item omnis di-
vinitas ad christum aut sufficit ei aut non Si non perdita omnis infinita erit
Si aut sufficit ergo appositio gratie superfluet. Nichil aut superfluit in operibus dei super-
fluum inveniri ergo christus tantam gratiam non habuit Item Cum sit aliquis
noticia nobilior ut potest per medium deitatem non indiget ut co-
gnoscat ubi noticia magis nobili ut potest per medium spirituale Deo christus erat
bonus bonitate nobilissima scilicet bonitate increata ergo non indiguit ut esset
bonus bonitate magis nobili scilicet bonitate creata Item instinctu non indiget habi-
tu ad suam operationem propriam si agens tunc est instinctus sit perfecte virtutis
Sed humanitas christi est sicut instinctus divinitatis sibi unite ut damascenus dicit
in tercio libro Cum ergo virtus divina sit perfectissima videtur quod humanitas gratia
non indiguit Item habuit plenitudinem omnis boni nichil super addi est natura Sed
anima christi omnis boni plenitudinem habuit a hoc quod unum fuit sibi unitum
in quo est thesaurus omnis boni ergo non fuit necessarium ei quod sibi superadderetur
bonitas gratie Item Contra illud aliquid sit melius est nobilius eo Sed nulla
creatura est nobilior anima verbo unita ergo per nullam gratiam creatam anima potest
perfici melior. frustra igitur gratia in ea creata esset Item Duplex est yma-
go dei in nobis ut habetur in glossa super id psalmi Signatum est super nos lumen
vultus tui domine una creata quod consistit in mente secundum unam essentiam et tres potentias
Alia creata que attenditur secundum lumen gratie Aut ergo ymago gratie est deo similior
quam ymago mentis christi aut non Si deo similior ergo gratia est nobilior creatura quam
anima christi Si non non est similior ergo per eam mens christi non perficitur attendit
ad dei conformitatem ad quod solum gratiam diceret infudit frustra igitur gratia in anima
christi ponitur Item Si effectus sui sunt repugnantes et causarum repugnan-
tes habebunt Sunt enim congregatio et disgregatio visus ad invicem repugnant ita
albedo et nigredo Sed filiatio naturalis cum persona est nativitas eterna repug-
nat filiationi ad optionem cum persona in est infusio gratie ergo et gratia in-
fusa repugnat eterne nativitati Cum ergo nativitas christo eterna conveniat
videtur quod gratia ei ea infusa non sit Sed contra est illud Johannis primo vidimus
plenum gratie et veritatis Sed in christo fuit scientia creata ad quam pertinet veritas
ergo et gratia creata Item Meritum requirit gratiam Sed christus meruit sibi et nobis
ut sciendum dicam ergo christus habuit gratiam creatam. Creatura creatoris est non meretur
Item Christus fuit simul et viator et comprehensor Sed perfectio viatoris est
gratia creata ergo christus gratiam creatam habuit Item Nulla perfectio anime christi defuit
